0034

peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Juris semper peremptorios vera infirmitate pro Maiori Minorennitate sueciorum legatione intra vel extra Regnum servitio Militari ad Munimenta ad Evictorem vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem praetereaque ultra proximos Officij praefati Castren Capitan Premyslien Juris dilationem sibi non recipiendo nullasque Motiones appellationes ac remissiones prosecutiones faciendo ac praemissa omnia praemissis simpliciterque vel multiplicariis evasionibus suspensionibus fatalis Juris praeventione belli conventione ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non sese subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo Hac sua bene personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria Quarta post Dominicam Reminiscere Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo.

16/III

Jastkowscy Coniuges Rybinskich Quietat

Comparentes

0135

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesen. Castren. Capitan. Premyslien. Generosi Alexander de Castkow Castkowski Subiudex Terrae Premyslien. et 1037
Helena de Rybno Coniuges Legitimi sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo. Praesenti vero Castren. Capitan. Premyslien. Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet sese cum suis generibus bonisq suis gntr omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subiciendo palam libere publice ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit. Quia ipsi et quidem Generosa Consors cum eiusdem Generosi Mariti sui ad id Tutoris Coniugalis personali assistentia et vero necnon infrascripta recognoscenda consensu Generosum Ioannem et Matthiam Rybinskie Generosi olim Matthiae Rybinski Venatoris Terrae Chelmen. Filios Generosi vero olim Nicolai Rybinski sterilitate de hac luce decessi fratres germanos et successores Legitimos et eorum posteros de Causa et Actione Iudiciaria per se Recognoscen. eisdem supra scriptis Generosis Rybinskim ad et iuxta inscriptionem Castren. Capitanealem Haliciens. Roborationis Interea id certe interse Recognitionem ab vna et productum olim Generosum Nicolaum fratrem eorundem Generosorum Ioannis et Matthiae Rybinskich

0036

Rybinskich ratione certarum rerum et conditionum in eadem contentarum et specie ratione extenuatio nis doni Gnosal Jastkouska concernen per Inennalem possessionem bonorum Oppidi Bulkacow atque contraventiones eidem Interuisse certa ibidem apposita ad officium praesens Castren Capitan Premyslien instituta et intentata Necnon de poena banitionis eadem in causa obtenta et publicata eiusque publicatione et approbatione in Iudiciis Publicis Regni Lublinen obtenta totoque antecedenti et subsequenti processu eadem in causa obtento et perducto et in quovis puncto et gradu Iuris dependente ob plenariam et sufficientem sibi Recogniti per manus eorundem supra scriptorum Mosonem Rybinskich in omissis praestitam satisfactionem quietant emittunt dimittunt et liberos absolutosque faciunt et praesentes pronunciant Causam eandem et Actionem Iuridicianam tum et poenam banitionis eadem in Causa obtentam et publicatam eiusque publicationem et approbationem totumque antecedentem et subsequentem Causae eiusdem processum in toto et per omnia cassant mortificant et annihilant sibi suisque Posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium.